

IN EPISTOLAS CANONICAS PROLEGOMENON.

a Concil. Laodiceen. can. 60. Cassiodor. de Institut. Divinar. Literar. e. S. Hieronymus seu alius Prolog. in Epist. Canonice.
b Ita Patres passim.
c Prolog. Theodoret. in Epist. Cathol. in edit. Roberti Steph.
d Erasmi. Bucxentop. Cleric. Ketner. Græc. e Mill. P. Martianus, Roger. Simon. f Prolog. in 7. Ep. Canonice. Non idem ordo est apud Græcos, qui integrè sapient, & fidem veritatem sciantur, epistolaram septem, qua Canonice nuncupantur, qui in Latinis codicibus inveniunt. Quod quia Petrus primus est in numero Apostolorum, prima sint etiam ejus Epistola in ordine cæterarum.
g 1. Joan. 5. 7. h Euseb. l. 2. c. 23. hist. Eccl. i Greg. Naz. Carm. de Canon. Script. k Concil. Laodiceen. can. 60. l Athanas. Ep. Fest. Idem. in Synops. m Damasc. l. 4. de Fide Cathol. c. 13.

Septem Canonice, seu Catholicas Epistolas appellamus, quas post Pauli Epistolas Biblia nostra recensent, videlicet Epistolam S. Jacobi, S. Petri geminas, tres S. Joannis, ultimam S. Judæ. Canonice, quo insiguntur, nomine (a) illud insinuari videtur, quod ad mores componendos regulas, & de Fidei mysteriis documenta exhibeant. Græca vox Canon, unde Canonice, proprie regulam sonat.

Catholica (b) etiam & frequentius à Veteribus appellatur; quo nomine, juxta Theodoretum [c], idem sermè venit, ac si Circulares Epistola dicerentur, quod non uni tantum Ecclesiæ, sed omnibus scriptæ Fidelibus, vel iis saltem, qui à Judæis ad Christi Fidem accesserant, & in omnes ferè mundi regiones sese effuderant, quod per Catholicæ vocem, qua proprie universale sonat, satis innuitur. Orientales hanc Epistolarum collectionem appellant Catholicam, ita passim loca ex illis Epistolis laudantibus eorum Theologis: S. Petrus in Catholico.

Non eodem ordine, præsertim apud Latinos, distribuuntur. Prologi in Canonice Epistolas Author, sive hic Hieronymus fuerit, ut plures statuunt (d), sive non, ut alii defendunt (e), ab Orthodoxis Græcis aliter quàm à Latinis distributas enunciat (f); & in Versione, quam ipse ex Græco deprompsit, eandem priori naturali ordini se restituisse addit, & per magni ponderis Textum primæ Joannis Epistolæ inseruisse (g), quem Latini Amanuenses, immeritò quidem, divulserant, nempe: Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & his tres unus sunt.

Illas eo ordine, quo nunc apud nos, à Græcis collocari solitas, ex Patribus, & Græcis Mss. habemus, primò nempe S. Jacobi, deinde 2. S. Petri, postea 3. S. Joannis, ultimò demum S. Judæ. Quo etiam ordine ab Eusebio (h), à Gregorio Nazianzeno (i), à Laodiceensi Concilio (k), ab Athanasio (l) & à Damasceno (m) distribuuntur. Aliter recensentur à Latinis, ut videre est apud Augustinum, & celeberrimum Claromontanum Mf. ubi primùm S. Petri

gemina, tres deinde S. Joannis, postea unica S. Judæ, S. Jacobi postrema enumerantur. P. Martianus Colbertina Bibliothecæ Mf. Latinum profert (n), quo primò statuuntur gemina S. Petri, deinde illa Jacobi, tres S. Joannis, unica denique S. Judæ. Clementis Alexandrini in Canonice Epistolas Commentarius, quem Latine versum apud Cassiodorum habemus, primò S. Petri priorem, unicam deinde S. Judæ, ultimò primam & secundam S. Joannis recenset; tertiam verò Joannis, Petri secundam, & S. Jacobi præterit. Idem Cassiodorus (o) juxta à S. Hieronymum Sanctos Libros distribuens, ita Apostolorum Epistolas constituit: 1. S. Petri geminas, 2. quatuordecim S. Pauli, 3. tres S. Joannis, 4. unicam S. Jacobi, 5. unicam S. Judæ, 6. Acta Apostolorum, & Apocalypsim. Innocentius I. ad Exuperium scribens, S. Joannis Epistolas primas, S. Jacobi unicam postremam collocat.

Ultimus Apostolorum Canon (p) primò Petri, deinde Joannis, postea Jacobi, ultimò Judæ Epistolas numerat; cui quidem ordini in Libro de Fide & operibus (q) Augustinus favet. Alibi tamen (r) primò Petrum, deinde Joannem, postea Judam, ultimò Jacobum collocat. Eusebius statim post Epistolas Pauli, primam Joannis, & deinde primam Petri, de quibus nullum unquam discrimen; (s) alibi verò Jacobi Catholicarum primam absolutè appellat (t). Rufinus (u), Carthaginensis Concilium (x), Junilius sexti sæculi Africæ Episcopus (y), & Veteres Sacrorum Librorum Catalogi apud Cotelerium (z), S. Petri Epistolam cæteris Canonice præponant. In elegantissimo Codice PP. Premonstratensium Mussiponti, Epistolæ Canonice mediæ inter Acta, & Epistolas Pauli leguntur; locus de tribus testibus in Epistola S. Joannis priori desideratur.

Hinc nullum Canonice Epistolis ordinem neque apud Græcos, neque apud Latinos olim fuisse præscriptum, persuasum habemus; quare in has Epistolas Prefationis, quam Hieronymo tribuunt, Author à Latinis potissimum S. Petri, utpotè Apostolorum Principis, Epistolam cæteris præponi solitam jure merito asseruit: Quia Petrus primus est in numero Apostolorum

n Mf. Colbert. n. 245. o Cassiod. de Institut. div. Script. c. 8. p Can. Apost. can. 34. q Aug. de Fid. & oper. c. 14. r De Doctr. Christ. l. 2. c. 8. s Euseb. l. 2. c. 23. hist. Eccl. t Euseb. l. 2. c. 23. Hist. Eccl. u Rufin. in Exposit. Symbol. x Concilium duas Petri primas statuit, unicam Jacobi postremam. Ann. 397. can. 47. y Janil. l. 1. de Part. Divin. Leg. c. 5. qui tantum quinque Epistolas Canonice numerat, nempe Jacobi unicam, Petri secundam, unicam Judæ, & duas ultimas Joannis. Paulò tamen ante post Pauli Epistolam ad Hebræos, primam S. Petri, & primam S. Joannis recensuerat. z Cotel. in Notis in S. Barnabam.

rum, prima sint etiam Epistola in ordine cæterarum. Græci ut plurimum Epistolam S. Jacobi cæteris priorè habebant, sive quòd illam S. Petri Epistolis verustiore crediderunt; sive quòd Jacobus Jerosolymis Episcopus constitutus esset, antequam Apostolorum cæteri certam sibi sedem usquam locassent; sive demùm quòd hæc utpotè ad duodecim Tribus per orbem effusas vagè directæ, cæteris magis Catholica sive (a) universalior haberetur. Utcunque id evenerit, Epistolarum ordinem prorsus arbitrarium scimus; quamvis autem S. Petri Epistolæ cæteris non præponantur, primæ idcirco ejus dignitatis nihil sanè detrahatur.

In his Epistolis recipiendis concurs non fuit Veterum sententia, juxta ac S. Gregorius Nazianzenus (b) observat; alii enim singulas, alii tres tantum probabant, primam nempe S. Joannis, primam S. Petri, & unicam S. Jacobi. Cujuslibet Epistolæ initio de earum canonicè autoritate, que olim agitata sunt, discrimina asseremus. Duas Joannis postremas, licet ad quosdam peculiariter directas, idè sortè inter canonicas recensuerunt, ne eas ab ejusdem Apostoli prima disjungerent, quæ circularis quidem fuit, & dubiè nunquam autoritatis. Optima etiam argumenta non desunt, quibus earum utramque urbanitatis & commendationis Epistolas esse, quas Joannes ad peculiare Ecclesiæ dedit, demonstratur.

Harum Epistolarum [c] Scriptores toti sunt in asserenda bonorum operum necessitate adversus Simonianos, Nicolaitas, aliosque id genus Hæreticos, qui libertate nobis per Evangelium partâ plus æ quo abutebantur, & Apostoli sententias detor-

quentes, Fidem sine operibus ad salutem, fati esse dicitabant, quasi de Fide per Charitatem agente perspicuè Apostolus non enunciaisset (d): Fides qua per Charitatem operatur. In cæteris suis Epistolis sæpè etiam Paulus in Pseudo-Apostolos insurgit, quòd vel per nova dogmata, vel per falsam libertatem, vel per pravam suâ ipsius doctrinæ ad moralis everfionem, & ad veritatis Evangelicæ contemptum, & corruptionem, Ecclesiæ perturbationem inducerent.

S. Jacobus bonorum operum necessitatem negantes aperte retundit. S. Petrus Simonis assecras, falsos Doctores, & Hæreticos omnes oppugnat; S. Petri secunda, & Judas qui ejusdem S. Petri secundæ plures phrasas adhibet, insurgunt in Pseudo-Apostolos, qui sanctis Veritatibus abutentes, pravam in Fideles doctrinam invehere conabantur. S. Joannis prima eisdem hæreticos & novatores aggreditur, & bonorum operum perseverantisque Fidei necessitatem ostendit.

Verum uniuscujusque Epistolæ charactèrem nobis exhibuit Hieronymus, cum scripsit ad Paulinum: Jacobus, Petrus, Joannes, Judas septem Epistolas ediderunt, tam mysticas, quàm succinctas, & breves pariter ac longas: breves in verbis, longas in sententiis, ut rarus sit, qui non in earum lectione cavet. Qui SS. Petri, Jacobi & Joannis, antequam à Christo vocarentur, & Spiritu Sancto perfunderentur, infirmitatem cum animo, virtute, gravitate, & sententiis, quæ ab iis Epistolis præferuntur, seridè confert, is sanè permaximâ sapientiæ, potentiaque Divinæ admiratione teneatur necesse erit.

a Scholiast. Græc. anonym. in Ep. Jacob. in Cod. Mf. Reg. n. 705. apud Mill. pag. 541. b Nazianzen. Carm. de Script. Canon. c August. lib. de Fide & oper. lib. 2. c. 14. d An. Christi 44. à Christi obitu an. 10. Act. 12. 2. b Clem. Alex. & Hegesipp. apud Euseb. l. 2. hist. Eccl. c. 23. e Euseb. l. 2. c. 23. d Hier. de Script. Eccl. in Jacobo. Jacobus, qui appellatur Frater Domini, unam tantum scripsit Epistolam, quæ de septem Catholicis est, quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obliteravit auctoritatem.

IN EPISTOLAM CATHOLICAM S. JACOBI PROLEGOMENON.

DE hujus Epistolæ Authore diu disceptatum; alii enim Jacobum Majorem Zebedæi filium, & Joannis fratrem, quem Herodes Agrippa capite multavit (a); alii verò Jacobum Alphai filium, cognomento Minorem, & Fratrem Domini; alii denique Jacobum cognomine Justum, Jerosolymorum Episcopum, de quo sermo est apud S. Clementem Alexandrinum, & Hegesippum, & Eusebium (b), ejus Authorem constituunt. Eusebius sanè (c), & Hieronymus (d), sive suam, sive aliorum sententiam proferant, an Jacobus hæc fuerit, ambiguum relinquunt, plures esse testati, qui falsò S. Jacobi no-

mine vulgatam putarint. His Recentiores quidam adhaerentes, suam temeritate nimâ tunc temporis opinionem protulere, cum unanimis Ecclesiæ consensus, & cæta tot sæculorum fides illud saltem præstitisse debuerant, ut audaces ab hac incam censurâ abstererent (e). Qui S. Jacobo Zebedæi filio eandem ascribunt, postquam S. hic Apostolus in Hispaniis Evangelium enunciaverat, & Jerosolymas reversus fuerat, hanc ad illos dedisse Epistolam sentiunt: quam quidem omnium Sacrarum Novi Testamenti Scripturarum primam is Author statuit, qui Syriacam Versionem à Viduanstadio editam argumentis inscripsit. Arabica etiam Versio, quam Cornelius à Lapide allegat, S. Jacobo

d Galat. 5. 6. e Luther. Hunnius, Centuriatores, Cajet. Vide & Erasmi.

cobo Zebedæi filio illam tribuit; cuius tamen rei nil apud Syriacam, nil apud Arabicam, in Anglicis, & Parisiensibus Polyglottis impressis. Vetus Italica Versio à P. Martiano vulgata (f), sub huius Epistolæ exitum hæc profert: Expli- Ep. Jacobi. p. cit Epistola Jacobi filii Zebedæi. 191. Hier. de Scriptor. Eccl. sub finem articuli de S. Matthæo. h Isidor. de vitâ & morte SS. c. 73. i Biblioth. PP. k Sanchez. tract. 3. de Profess. S. Jacobi in Hispan. cap. 32. l Vid. Grot. & Hamm. Laur. Erasmi. in Joseph. Antiq. l. 20. c. 8. n Galat. 1. 10. o Coteler. Not. in Barnab. & alios script. p. 175. p Chrysostr. in Matth. hom. 5. & in Act. hom. 33. q Nyssen. 1. 3. p. 413. r Constit. Apost. 1. 6. c. 12. s Ambrosiast. in Galat. 1. 19. t Epiphani. heres. 79. c. 3. u Vide Tille- mont. not. 1. in S. Jacobum Minorem, ubi rem fusiùs agit. x Origen. in Rom. 5. 1. t. 2. p. 520. & hom. 3. in Exod.

tit, ei utique hæc Epistola nunquam adscribenda est. Tribuenda igitur Jacobo Minori, Domini Fratris, quemadmodum & Veteres, & Recentiores vulgò ferme conveniunt. Ab Origene (x), ab Athanasio (y), Hilario (z), Cyrillo Hierosolymitano (a), Ambrosio (b), Epiphanio (c), Basilio (d), pluribus ab ipso Hieronymo (e), ab Augustino (f), & ab aliis plurimis S. Jacobi Minoris nomine allegatur. Plura vetera Exemplaria Latina, nonnulla etiam Græca hujus Epistolæ initio, ubi nunquam Apostoli nomen occurrit, S. Jacobum, teste Sixto Senensi, Apostolum vocant. Titulus, quo in Vulgata inscribitur: Epistola Catholica Beati Jacobi Apostoli, in quibusdam etiam Græcis exemplaribus reperitur. Vetus verò Italica, & Exemplaria plura tam Græca, quam Latina S. Jacobi Epistolam tantum appellat. Cæterum ejusmodi tituli, præsertim si inter se non coherant, infirmæ nimirum auctoritatis; quare ex his nihil, quod S. Jacobo Apostolo faveat, cui quidem favent validiora argumenta. S. Jacobus Minor matrem habuit Mariam, Beatæ Virginis germanam, filiam Cleophar, & Alphæi uxorem, quam, quoddam ab Joanne Maria Cleophæ dicitur (g), alii filiam, alii Cleophæ uxorem appellant. Veterum plures (h) S. Jacobum cognomento Fratrem Domini filium esse putarunt alterius uxoris, quam S. Joseph duxerat, antequam Beatæ Virginis desponderet; quod quidem nullatenus defendi potest, nam Maria Cleophæ Jacobi mater, Christi patientis ætate, in vivis adhuc agebat. S. Jacobus præterea fratres habuit Josef, seu Josephum (i), & S. Judam (k), fortè etiam S. Simonem (l), qui omnes Fratres Domini vocabantur, ex Matre nempe Consobritini, seu tantum juxta hominum opinionem Cognati Jesu Christi, si verò omnes patrem habebant Cleopham, quem Veterum plures S. Josephi patrem enunciant. Quare S. Jacobus Minoris appellationem obtinuerit, ignoramus, nisi forte ut ab Jacobo Zebedæi filio, seu natu seu staturâ majori, secerneretur. Vocatus est etiam Justus & Ophias, agger nempe, & auxilium populi. Hegeppio teste, Sacerdos Domini fuit, & ex Matris utero Leges Nazarae- tûs ad mortem usque implevit (m). Christus Dominus cum ad cælos ascenderet, sedem in terris suam ei credidit; & juxta aliquos, Hierosolymitanam Ecclesiam commendavit (n); alii verò ab Apostolis post Domini Ascensionem Hierosolymorum Episcopum constitutum putant (o). Episcopatus fortè & Sacerdotii insignis, auream laminam in fronte gestabat (p); quam & S. Joannes Evangelista (q), & S. Marcus (r) gestasse leguntur. Frugi oppidò vitam agens, à vino semper abstinuit, neque panem, neque quidquam, quod vitam haberet, in cibum adhibuit; olei ad corpus fovendum, sandaliorum, vestrum lanæarum usum omnino respuit, solâ tunicâ ac pallio ex lino contentus; tam crebro in terram oraturus prosterneretur, ut frons & genua Camelorum instar calluissent. Cum

Y Athanas. orat. 4. in Arrian. & de Nycen. Decret. p. 252. Z Hilar. de Trinit. 3. 4. p. 20. a Cyril. Hieros. Cathec. Myst. 28. 5. b Ambrosiast. de arbore in veridicâ. c Epiphani. heres. 79. c. 3. d Basili. de Baptismo l. 1. c. 2. e Hier. in Helvid. c. 7. & in Isai. 17. & Epist. 103. & de Vir. Illustr. f August. in Crescent. l. 2. c. 37. & Epist. 29. p. 42. g Joan. 19. 25. h Hieronym. in Helvid. Epiph. heres. 28. c. 7. & 78. Euseb. l. 2. c. 2. i Marc. 15. 40. k Juda vers. 1. l Marc. 6. 3. m Vide Hegepp. apud Euseb. l. 2. c. 23. n Hieronym. in Galat. Epiphani. heres. 88. c. 7. o Clem. Alex. apud Euseb. l. 2. c. 23. p Hist. Eccl. Athanas. in Synopsi. Hieron. de Vir. Illustr. Ambrosiast. in Galat. l. 19. q Polycrat. Epist. apud Euseb. l. 5. c. 24. Eccl. hist. r Hist. Martyrii S. Marci apud Vales. Not. in Euseb. l. 5. c. 24. p. 104.

Cum apud omnes Viri Sancti famam obtinisset, religiosa etiam & castissima vitæ merito Justus cepti appellari. Ejus quæ mentio in Talmud, ubi Jacobus Jesu Fabri Discipulus nuncupatur. Præstantissimam Sancti Viri virtutem [1] testatur Josephus, cujus etiam testimonio Veteres bellum à Romanis illatum, & omnia mala, quæ eâ de causâ Judæos oppresserunt, Jacobi Justus, Domini Fratris, neci succiscendæ cælitus permixta fuisse asserbant (1). Ejus verò mortem Ananus filius illius Anani, seu Anne, de quo in Evangelio, ita molitus est. In Templi pinna Jacobus conlitiatus (u), & quid de Jesu Christo credendum esset, interrogatus, clartâ voce respondit: Jesus tanquam Dei Filius dextera Dei Patris assidet, unde in vivos & mortuos judicium pronuntiaturus adveniet. His vocibus plures ad Catholicam Fidem convolarunt. Scriba verò & Pharisæi in eum illico irruentes, è pinnaulo præcipitem egerunt. Dum verò è lapsu adhuc superflus genibus flexis pro inimicis orabat, de Anani imperio lapidibus obrutus est; quem deinde sepultura mandarunt juxta Templum eodem in loco, ubi martyrium consummavit. Hanc Epistolam, in qua Jacobus iis, quæ anno Christi 58. ad Romanos, & anno 55. de legis abrogatione, & Legalium vanitate Apostolus ad Galatas scripserat, videtur alludere, datam fuisse credimus paulo ante ejus obitum, qui ad annum Christi 62. Neronis verò imperantis octavum, seu nonum consignatur. Bonorum operum necessitas in ea astruitur adversus pravam quofundam interpretationem, qui dicto S. Pauli, nempe Fidem, non opera Legi esse, quæ justificat, abutebantur (x). Fideles præterea qui ab Judaismo ad Fidem accesserant, S. Jacobus solatur, eisque in calamitatibus & persecutionibus perseverandis patientiam commendat (y). Novis Doctoribus temeritatem exprobrat, qua lumine, sapientiâ, virtute, & missione destituti, Præceptorum mûnera usurpaverant (z). Acrüter divites increpat (a), & eos qui levissimis de causis fratribus detrahebant (b), & plura à Legge interdita adhibendi per Evangelium collarâ nobis libertate abutebantur. Jurisjurandi (c), odii, detractionis, divitiarumque amoris fugam suadet; orationis virtutem extollit (d); de unctiois extremæ (e), de Confessionis (f) peccatorum Sacramentis meminit. Diem Domini, ejusque adventum properantem annunciat (g), quibus Hierosolymæ & Templi excidium, & Judæorum dispersionem in foribus esse insinuat. Octo post ejus mortem annis evenere. Eius stilus brevis & sententiosus, cui neque certus rei agenda præscribit fines, neque sententias invicem intexit. Quemadmodum in Proverbis Salomon, & in præsentia etiam Orientales, nempe per sententias junctas, non ratiocinando, morum regulas docet; suam porrò doctrinam Scripturis fulcit, & exemplis, sacrisque allusionibus ornat. Quædam denique loca allegat (h), quæ iisdem verbis in Scrip-

ptura non referuntur. At Novi Testamenti Scriptores, præsertim cum Hebreos Scripturarum peritos, & allusiones intelligentes alloquerentur, verbis ferviliter non inhærebant, sensus & Sacrorum Scripturum mentem referre contenti (i). Græcè scripsisse creditur, cum juxta Septuaginta Scripturam allegat, locum illum e. g. qui hoc sensu apud eorum Versionem tantummodò [k]: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quamvis Hebræi in quilibet Provinciis effusi, ad quos potissimum hæc directâ erat Epistola, Hebræico, seu Syriaco idiomate aliquatenus uterentur, vulgò nihilominus Græcâ linguâ loquebantur; hæc enim ab Alexandri Magni Imperio apud Orientales undique obtinebat. Versionem, cujus nunc usus apud Latinam Ecclesiam, Hieronymo Latine reddidit. Olim adhibitam, & ab Authore nobis incognitò versam, P. Martianaus typis vulgavit. Hujus nos varias quasdam lectiones produximus, Veteris Italice nomine allegatas. Veteres quosdam Canonicæ hujus Epistolæ auctoritati olim adversatos attigimus [1], de qua & Novatores nonnulli disputationem instituant. Verumtamen ab Athanasio (m), à Cyrillo Hierosolymitano (n), à Concilio Laodicensi (o), & tertio Carthaginensi (p), à Gregorio Nazianzeno (q), ab Amphilochio (r), à Rufino (s), ab Augustino (t), ab Innocentio I. (u), à cæteris denique Patribus, à quibus, ut prætulimus, S. Jacobo Apostolo, & Domini Fratris adscribitur, in S. Scripturarum Catalogo recensetur. Hieronymus & Augustinus veluti Scripturam asserunt: fidei sæpè producunt, adeo vel ab eâ ætate certa invaluerat ejus auctoritas. A Veteribus quidem perrârè allegatam ultrò cum Eusebio fatemur (x); verum maximam deinde fidem eidem adhibitam Eusebius ipse testatur. Fuere alias, qui S. Jacobo quædam tribuerint, quæ nunquam Scripturarum Canonem obtinuerunt. E. g. Evangelium S. Jacobi, Alphæi filii, Gelafius rejicit. Origenes de quodam S. Jacobi Opusculo meminit, quem falso S. Petri Evangelio jungit (y). Ebronitæ, Epiphanio teste (z), ejus nomine plura vulgaverunt. Hebraum S. Matthæi Evangelium Græcè ab eo reddidit apud Athanasium fertur (a). Quædam ei adscribitur Liturgia, quæ apud nos in Patrum Bibliothecâ. Hujus mentio in Oratione, quam S. Proclo Archiepiscopo Constantinopolitano tribuunt (b); mentio etiam in trigesimo Canone Concilii, quod Constantinopoli in Palatii Imperiali Trullo celebratum ferunt (c). Eruditè verò hæc Liturgiam vel ei omnino assignatam, vel temporum progressu permaximè vitatam enunciant. Apud Veteres Patres perpetuum de eâ silentium. Apostoli præterea, Basilio teste (d), qui in primordiis Ecclesiæ certos ritus præscripserunt, in silentio debitam mysteriis servare dignitatem. Nullam igitur S. Doctor Liturgiam ab Apostolis vel scriptam, vel vulgatam esse sentiebant. N n DIS.

s Joseph. Antiq. l. 20. c. 8. t Origen. contra Cel. l. 1. p. 35. in Matt. p. 23. Hieron. de vir. Illustr. Euseb. l. 2. c. 23. p. 65. Eusebii tamen verba in Josepho non reperimus. u Euseb. l. 2. c. 23. hist. Eccl. Hieron. de Vir. Illustr. Epiphani. &c. x Jacob. 1. 21. &c. & 2. 8. &c. 26. y Jacob. 1. 2. &c. & 57. 8. &c. z Jacob. 1. 19. & 3. 1. 2. 13. 14. 18. a Jacob. 5. 1. &c. b Jacob. 4. 11. &c. c Jacob. 5. 12. & Jacob. 5. 16. &c. d Jacob. 5. 14. & Jacob. 5. 19. g Jacob. 5. 7. 8. h Jacob. 4. 5.

l Vide Jo. 7. 78. Jo. 12. 34. Ephes. 5. 14. &c. k Jacob. 4. 6. l Vide Euseb. l. 2. c. 23. & Hieron. de Script. Eccl. in Jacobo. m Athanas. in Synopsi. n Cyril. Hieros. sol. Cat. 4. o Concil. Laodic. Can. 60. p 3. Concil. Carthag. Can. 47. ann. 397. q Nazianzen. tom. 2. p. 98. r Amphiloch. apud Gregor. Nazianzen. tom. 2. p. 194. s Rufin. Exposit. Symbol. t August. l. 2. de Doctr. Christi. c. 8. u Innocent. I. Epist. ad Exuper. can. 7. x Euseb. Hist. Eccl. l. 2. c. 23. y Origen. in Matth. pag. 223. edit. Huet. z Epiphani. heres. 30. c. 23. a Athanas. in Synopsi. b Procl. Orat. 22. pag. 580. c Ann. 692. d Basili. de Spiritu Sancto cap. 27.